

c Ezechiel. 38.
d Ezechiel. 27.
e Ezechiel. 27. 14.

Paras, Chus, & Phut, Cambyses exercitum augentes, designant Persas & Arabes Chus, & Phut, Scythes ad Araxem, posteros Chus patris Nemrod; ac tandem Egyptios Phut, Thebaidos five Aethiopias tenentes. Cum enim Cambyses Iudaicam expeditionem suscepisset, exercitum ex Aegypto deducit variis subiectum sibi earum gentium copiis non modice ampliaverat.

Gomer, Togorma, aliaeque Septemtrionales gentes, sub eius signis certantes, populos designabant, quantum conficimus, loca circa Mæotidem paludem occupantes; que omnes gentes five ditioni Cambyses subiectæ imperata factura venerant, five sub eius signis merebantur. Celebres autem erant populi eæ etate, quæ negotiationibus, quæ bellicis virtutis laude, quare inter ceteros Mercatores ad nundinas Tyri convenisse legimus (e). Porro argumentum istud non nisi delibamus, satis habentes demonstrasse, in universa oracula prophetici historiae nihil esse, quod in Regnum Cambyses ejusque statem exacte non quadrat (f).

f Fufius de his in Commen-
tariis ad cap. 38. Ezech.
g Herod. 1. 3.
e. 4. Gr. 7. 9.
28.

Seba, Dedan, & Tharsis foederata cum Persis arma, sub eius signis voluntarii merentes, facile juxerant. Seba enim & Dedan populi sunt Arabiæ; cum aliquo Arabes (g), viam sibi ad Aegyptum sternentes Cambyses habuisset, suppeditatis per arida & inculta deserta inter Palestinan & Aegyptum aquis. Cilices, nomine Tharsis designati facile Cambyses classem cum Phoenicibus & incolis Insularum, de quibus Ezechiel, componebant. Classem illam Herodotus non obscurè commemorat. Tharsenses autem rei navalis scientia & commercio jam inde à multis annis claruisse tam certum est, quam quid aliud.

Hæc Cambyses in Judæam expeditio nupiam quidem apud Sacros prophanoque Scriptores expressè legitur: sed ab Herodoto fufius describitur ejus Regis in Aegyptum expeditio; quæ confecta redux, iuxta eundem Historicum (h), diem clausit Ecbatanis in Syria, nempe Ecbatanis in monte Carmelo, de qua Plinius l. 5. c. 64. (i). Esdra authore scimus, interdictos ab eo Principe Judæos, ne Templi edificationem prosequerentur (k); & apud Ezechielem laudantur vaticinia Prophetarum de finiis ejus Regis in Israëlitum consilis, malisque ab illo in populum imminentibus (l). Nec sanc major populo nuper è captivitate reducto calamitas accidisse potuerat, quam ut nullis auxiliis, nullius opere fultus validissimo hostium exercitu premeretur; concessa sibi privilegia abrogarentur; optatam Templi & Urbis edificationem intermittere cogeretur; ut vel ipsi latronum insulibus pateret. Hæc à Cambyses irrogata in Judæos mala, quemadmodum & Scriptura discimus.

Quod ad eam expeditionem, de qua in præsentiam, spectat, nihil sanè de illa apud

Esdram five Nehemiah legimus, vel faltem nihil expessum eâ de re habetur in Libris illorum, qui nostrâ ætate superuentur. Sed hujus rei in causa esse potuit, quod Deus mala ejus Principis consilia præoccupans, ne quid Judæis sinistrum contingat, præcoci ejus morte curavit (m). Quot planè sunt res majoris momenti in Iudaæa, quorum nulla superest nisi ex Vaticinis Prophetarum, hisce plane similiibus, cogniti?

Itaque si omnia de Gog scripta in Cambysem quadrant; si partes oraculi singulæ planum habent in illo pronumque sensum; nihilque eâ in re historiæ fidei repugnat; si nostra hæc hypothesis apertior est & planior, nec à loco, tempore, & personis abludens; cum vicissim omnia alia systemata huc usque proposta, ardua continente multa, quæque majori plausu excipiuntur, hæc in rebus majoris momenti deficiunt; cum, inquam, hæc omnia ita se habeant, nobis sanè excipendum systema videtur, planèque demonstrasse confidimus, Cambysem nomine Gog apud Ezechielem designari (n).

Veterem hanc Judæorum traditionem refert Theodoreus in Ezech. 38. & in Joel. 2. ad finem, & in Judic. 4. nempe post solutam captivitatem Babyloniam, adversariorum nominis Judaici invidiâ factam esse, ut validus exercitus pellendo è Jerusalem populo adduceretur. Sed provido in populum suum Dei consilio factum esse, ut copia illæ omnes nihil molientibus Hebrews delerentur. Namque commissæ inter se gentes in mutua vulnera corruerunt adeò, ut omnes ad unum conciderent. Quare tantum absuit, ut Judæis sinistrum aliquid contingat, ut insigne quin etiam commodum ex relatis ditissimis spoliis, perculsiæ Judaici nominis terrore finitimi, reportaverint. Vaga hæc & confusa traditio fugacem aliquem velut per numerus radium veritatis, quo liceat rem totam indagare, transmittit.

Monet Ezechiel ea quæ de bello Gog in Israëlitum ipse commemorat, hac antea veterum Prophetarum oraculo annunciatæ fuisse (o): Tu ergo ille es Gog, de quo locutus sum in diebus antiquis in manu servorum meorum Prophetarum Israël, qui prophetaverunt in diebus illorum temporum, ut adäcerem te super eos. Expressam equidem legimus & aperto oraculo hanc hostium Israëlitum cladem in Prophetis Joele, Michæa, Jaiæ, qui omnes Ezechiel vetustiores sunt; & Zacharia, qui post illum & post captivitatem floruit; ac tandem in Authore Psalmi 117. Ita igitur Joel 2. 30. 31. & 3. 15. 16. Et dabo prodragia in Calo & in terra, sanguinem, ignem, & vaporem fumi: Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, ait Dominus. Joel. 3. 2. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Josaphat (in vallem Iudicij); in vallem concisionis (p). Hoc nomine facile insinuantur vallis Iezrael five Esdrelon ad Orientem Carmeli, ubi facile Cambyses castra habebat.

Ad-

m Vide Ezech.
38. 10. 11. 12.

o Ezechiel. 28.
17.

p Joel. 3. 14.

Addit deinde Propheta cap. 3. 2. 5. 6. Disceperabo cum eis ibi super populo meo, & habeditate mea Israël, quos disperserunt in nationibus & terram meam dixerunt.... Argentum meum, & aurum tulisis; & deaderabilia mea & pulcherrima intulisti in delubra vestra. Infinuant hæc omnia mala à Nabuchodonosore five ejus Ducibus capite Urbi illata, cuius direpti Templi sacra spolia in trophyum Beli ereta sunt (q.). Omnes ergo eas gentes Dominus in vallem Josaphat ad judicium congregabit; & quid inde? Mitte, ait, falsæ, quoniam maturavimus. Venite [r] & descendite, quia plenum est torcularum, exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum.

Secundum hæc Deus fidem suam Israëlitis obligans, cumulatum se beneficis populum, in monte Sion ei adfuturum, totamque demum regionem benedictionibus suis fecundaturam; addens insuper nunquam posthac commissorum, ut prophano pede Urbis religionem hostes violarent. Consonant hæc omnia cum iis, que apud Ezechielem post narratum excidionem Gog legitur. Nusquam sanè nomen ejus Principis in Joele legitur, sed olim Septuaginta cap. 2. 1. legerunt: En brachus, vel locusta, qui venit irruens in Regem Gog.

Alius pro ejus rei memorabili eventu laudatur Michæas, qui post annunciarum Jude captivitatem, quæ deinde sequerunt post eam solutam, felicitatem describit c. 4. ii. 12. 13. Et tunc congregata sunt gentes multæ, quæ dicunt: Lapidetur, & aspiciat in Sion oculus noster. Ipsi autem non cognoverunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium ejus, quia congregaverunt eos quasi funum area. Surge & tritura, filia Sion, quia cor tuum ponam ferreum, & unguis tuus ponam areas, & communis populus multus, & interclusus Domnorū pinus eorum. Porro si quis tempora omnia ab exitu captivitatis usque ad everzionem Jerusalēm per Romanos decurrat, nullum aptius inveniet vaticinio Michæi implendo, quam sub Cambysē.

Consonat Michæi Isaías 41. 15. 16. Ego posui te quasi plaustrum trituran, novum, habens rostra ferrantia; trituras montes & communies, & colles quasi pulvrem ponens. Ventilabis es, & venis tollet, & turba disperset eos: & tu exultabis in Domino, in Sancto Israël lataberis. Idem Propheta post prænuntiationem excidium Babylonis à Persis & Medis imminens (r), addit eadem Dominum jurato denunciante Assyriis, quos perdendos decreverat atque conculeandos sub Judæorum pedibus in montibus Israel, confracto jugo quod ipsi populo imposuerant. Et in cap. 27. sermone habent de ultione è Rege Babylonæ, Leviathan nomine designato, expetendâ, addit; Visitabit Dominus in gladio suo puro, & grandi & forti super Leviathan serpentem vestem, & super Leviathan serpentem tortuosum. Israël verò eo metu liberatus gratiarum actionis Domino hymnum cantabit. Totus regionis tractus inter Nilum & Euphratem vastabitur, & Israëlitæ

s Zach. 2. 8. 9.
10.

t. Zach. 14. 12.
13. 14.

u Judith. 16.
31.

te-

ex Assyria, & Aegypto regredientur. Eâ occasione concinnatus Psalmus 117. tanquam gratiarum actionis pro victoria Canticum; vel saltem in eam sententiam convenienti Origenes in Catena Corderii, Theodoreus in Psal. 117. Beda in eundem Psalmum.

Zacharias (s) Hebræos Babylone versantes, quos frustra Efraim & Zorobabel sollicitaverant, ad repetendas avitas fides invitat, pollicitus exerterum Deum gladium in Judaici nominis adversarios, & quos olim oppressores habuerunt, illorum demum spolia collecturos, captivosque habituos, quibus ipsi servierant. Et alibi: Sedebit Jerusalēm secura (t), & erit hac plaga, qua percutiet Dominus omnes gentes, qua pugnaverunt aduersus Jerusalēm: tabefet earo uniuscuiusque stantis super pedes suos, & oculi ejus contabescunt in foraminibus suis, & lingua eorum contabescit in ore suo. In die illa erit tumultus magnus in eis, & apprebendet vir manum proximi sui. Hæc postrema verba non obscurè demonstrant, exercitum Cambyses inter se commissum in mutua vulnera concidisse.

E nostris Interpretibus plures historiam Judith post captivitatem rejecerunt; nec sane aliter de illa statui potuisset, quæ ut ad tempus post solutam captivitatem eversum prophana datumque à Chaldæis Tempulum referretur, si fidem Graeci textus sequamur. Petrus Comeitor, & Dionysius Carthusianus (u) Cambyses Regem Ninive appellant, quem Scriptura nomine Nabuchodonosoris designat; ab eo verò misum Holofernem cum exercitu autuunt. Quare locus suspicioni datur, Authorum Libri Judith, quemadmodum ab Ezechiele factum esse novimus, veram Cambyses historiam ænigmata quodam & figuratis verborum ambagiis occultaturum, quem Ezechiel sub Gog nomine designavit, hunc Holofernis appellatione insinuat voluisse. Pluribus autem ad hæc persuadebatur. Persæ, quorum imperium Judæi cùm in Palæstina versantes, tum ultra Euphratem, nuquam tulissent, ut Hebræorum Numeri catus Regis sui tribueretur. Quare historian tradidisse sermone omnibus noto & sine ambagiis, plena discriminis res erat. Alioquin verò tam insigne & memorable Judæis factum in obliuione relinquere, qui vix ac ne vix quidem poterat: quare & indoli gentis, & politiæ cautione consulsum erat, ut parabolice quadam & ænigmatica ratione veritas traderetur. Id sane plurimum granditati rei augendæ concerebat.

Potuit verò Author quædam de suo adjungere, uti temporis, locisque circumstantias, nihil historiæ fide immutata. Quæ etenim majoris momenti sunt ad historiam, hæc exactè satis exprimuntur. Magnus quidam Rex valido exercitu stipatus in agro Esdrelon castra habet; infestissimus ille oppidò gentis & religionis Judaicæ adversarius; eo verò neci tradito, ejusque exercitu dissipato, Hebrei hostilibus spoliis di-

tescunt. Recens erant tum temporis captivitatis memoria; recens nec planè absolutum Templi ædificium; rerum potiebatur Summus Sacerdos; Judæi ab Idololatria immunes, spes suas omnes in Domino collocabant. Singula hæc in historia Judith spectantur; singula etiam hæc in dissipatum Cambysis exercitum quadrant. Plura noverat Author ejus Libri nobis prorsus ignota; plura, quæ nobis negocium facessunt, enigmatica quadam ratione, adjectit.

Hæc à nobis conjecturæ quadam ita asserta sunt, ut nihil veritati & authoritati ejus Libri derogent. Verum constitutæ hypothesis historiam Judith & Holofernis post solutam captivitatem rejiciunt, autem non nihil ex hoc derogatum debite, qua in Ecclesiæ, & Sacras Scripturas tene-

mur, observantia, si viam aliquam faciem in eamus, ut tandem aliquid assequamur de implexa admodum historia, accepta eliciatur epocha rei maximè memorabilis, cuius non obscura ediderunt oracula Prophetæ Joel, Michæas, Iffias, Ezechiel, Zacharias; & vetus Hebreorum traditio memoriam conservavit, quemadmodum ex Origene, & Theodoreto in Psalmum 117. intelligimus. Hæc verò omnia Eruditorum censura subiecta volumus. Si Josephus nihil cù dere, sicut & nihil de historia Judith literis consignavit, hujus rei in causa fuisse poterat, quod figuram à veritate discernere nunquam valuit, nec satis assequi veritatem nominis Gog apud Ezechielem, & nominis Nabuchodonosor & Holofernis apud Authorem libri Judith.

IN DANIELEM PROLEGOMENON.

Daniel è genere David Regumque Juda prognatus, in prima adhuc ætatis iuventa anno quarto Joachim Regis Juda captivus Babylonem translatus est. Selectus autem cum tribus aliis sociis, ut in Aula Nabuchodonosori Principi serviret, liberaliter educatus est. Exculti præ ceteris in omnibus scientiis Chaldaeorum, sapientia sibi plurimum compararunt; & quod caput est, in corruptissima Aula, morum sanctimoniam servarunt, nullà contractâ labe in tantum, ut à cibis etiam è Regia mensa sibi concessis abstinerent.

Primum Sapientia Danielis specimen exhibuit innocentia Susanna contra obtrectorum calumnias asserta, simul & vindicata (a). Ingentem sibi ex ea re viri Sapientis famam apud fratres suos Babylone comparavit, cum interim aliud accidit, quo idem sibi nomen in Aula & apud viros Sapientes ejus Regionis periperit. Nabuchodonosori per quietem obiecta est species ingenitus Colossi variis metallis confitati, qui avulso quodam è monte lapide penitus confractus, in cineres favillæ redactus est (b). Summa erat Chaldaeorum in somniis obseruandis superflitio, quod studia sapientum ejus gentis omnia collimabant. Exciderat Principi somnum; quare non interpretationem tantum à Sapientibus exquireret, sed ut sibi pariter in memoriam revocarent, quid possimum per quietem speculasset. Cum impossibilia exigeret, omnes capitali supplicio damnati sunt. Daniel re intellecta, statim ad Regem convolat, cui & expone somnum, expositumque interpretari unum idemque. Acclamare viro Nabuchodonosor, summis honoribus cumulare, Pra-

fecit provinciæ Babylonie constituto, & Principe Sapientum Divinorumque omnium apud Chaldeos.

Prospexit suâ inflatus Nabuchodonosor, Deum è mente excusaret, tum & omnem rerum à se gestatum sibi gloriam usurpabat. Accidit inter hæc, ut per quietem proceram quandam arborem statim dejectam, concisamque spectaret, cuius radix in terra maneret, truncus verò sericei æneisque vinculis constringeretur (c). Accitus illio ad interpretationem somni Daniel, Regi annunciat, ingens aliquid malum in ejus caput imminet; sciret proinde in brutum reducendum esse, & ex Aula pellendum, quare, ait, peccata tua eleemosynæ redime. Viri mortui surdis auribus exceptit; quare cùm die quādam Babylonem respectans Nabuchodonosor de illa à se auctâ ornataque sibi plurimum gratularetur, continuo fidâ sibi voce audivit, è consortio hominum Regnoque abigendum se, mox ad carpendas herbas in bovis morem redigendum. Diuersa sua fides; namque subitâ vi morbi emota mentis factus Nabuchodonosor, bellæ morem indolemque induit. Extorris igitur ex Aula Urbeque, septennii vitam errabundus in bellæ morem traduxit.

Septuaginta elapsa, Regnum recepit, atque aureâ statuâ consecrata, mandavit, ut cùm primum musicorum instrumentorum concentus intreperaret, prostrati omnes qui cum imperio suo parerent, Idolum adorarent (d). Aberat facilè Daniel, ejus verò socii iussionibus Regis morem gerere rebusantes, in formacem ardente conjecti sunt, quanquam in medio ignis incolumes servarentur. Prodigii granditatem admirans Nabuchodonosor, Judeorum reli-

gio-

a Daniel.13.

b Daniel.2.

c Daniel.4. 7.
& seq.

d Daniel.3.

e Ezekiel.28.
3.

In Danielem Prolegomenon: 601

gionem edito commendavit, in quo simul & somnum excise arboris, & quæ deinde fecuta sunt, posteritis memoriam commendavit (e).

e Dan.3. 58.
Eze. & 4. 1.
Eze.

f Daniel.7.

g Dan.8.

Evilmerodachus filius Nabuchodonosoris, patrio Regno adito, nihil de favore in Danielem remisit. Biennio, iuxta Berosum, regnavit; viduatumque ejus morte imprium habuit Balthassar ejus filius, cuius Regis tempore plurima per visum Daniel spectavit. Primo igitur sub ipsum Balthassaris Regni initium quatuor animalia è pelago emergentia vidi, quibus portendi intellexit quatuor Imperia proximè ad Chaldaum Imperium succedentia (f). Secundum hæc, per hircum & arietem cornibus feso mutuò impetentes, in somnis sibi objectos, designari intellexit, hirco quidem Alexandrum Magnum (g), arietè verò Darium, Regum Persarum portem ab Alexandre vicitum.

Lanto convivio quodam Balthassar Regni Magnates viros pariter & feminas excepti; largiorique vino incalefcenti, iussi afferrati vasa Templi Jerozolymitanæ olim à Nabuchodonosore Babylonem translata. Cùm igitur convivis in sacris vasis ministraret, subitè obiecta mansæ species hec in pariete grandioribus characteribus scripsit: *Mane, Thobel, Pharez*. Arcanis notis evolvendis accitus Daniel, prodidit imminentem necem, atque Regni in alium virum Regem translationem. Nec oracula fides diu desiderata est; cùdem enim nocte Balthassare occiso, Darius Medus, alio nomine Astyages, regnavit. Sub eo Rege integra manerunt omnia ab aliis Danieli collata, quin & plurimum auctæ dignitates & munera.

Ad illud tempus spectant visiones Danielis in cap. 9. & 10. & 11. & 12. expressæ. Angelus Gabriel Propheta per visum aperuit mysterium Septuaginta hebdomadum, quæ annis non diebus constabant, iisque evolutis Messias neci tradendus erat, sacrificia ac Legis ceremoniæ abolenda. Prophetæ deinde oculis objecta sunt mala ab Antiocho Juda in inferenda, quibus sanè præsignabatur, quid sibi ab Antichristo Ecclesia Iesu Christi timendum esset.

Dario Medo vitâ functo, Cyrus in secundum Imperia Persarum & Medorum conciliavit. Ejus edito patrias sedes repetendi data Judæis facultas. Sed Daniel Babylonie mansit, cui nihil pristini honoribus & dignitatibus sub Cyro detractum est. Ad eum Regem spectant historia Dei Belis & Draconis à Daniele occisi, de qui bus in cap. 15.

Danielis fama, ipso etiam supersite, increbuerat adeò, ut proverbio usurparetur: quod ab Ezechiele in Regem Tyri per ironiam dictum novimus: *Ecce sapientiores tu Daniele* (a). Ipsius etiam Dei dignum de viro elogium legimus Ezechielis 14. 14. 20. Et si fuerint tres viri ipsi in medio ejus, Noe, Daniel, & Job, ipsi iustitia suâ liberabunt animas suas. Eudem Prophetam comparat Grotius Metrodoro Sepensis, viro Regi Mithridati adeò laudat Ezechiel 14. 14. 20. & 28. 3. Quicunque Canone Scripturarum digerunt, suum illi inter Prophetas locum derunt. Matthias Macchabæus Danielum ejusque tres foci non sine honoris elogio commemorat [l]; & quod caput est, Jesus Christus Matt. 24. 15. & Marc. 13. 14. Daniel aditio Prophetæ titulo laudat. *Abominationem desolationis*, quæ dicta est à Daniele Prophetæ.

Joseph Antiq. 1.10. c.12. ita virum commendat: *Omnis eximia felicitas ut Propheta excellentissimo contigit, & viventi tam apud Regem, quam apud populum gratis, & post obitum sempiternam memoriam conservato. Libri ejus, quos conscriptos reliquit, etiam nunc apud nos leguntur, qui nobis certani fidem faciunt, quod Deus cum eo eloquia miscuerit. Non solum enim futura predixit, quemadmodum alii Prophetæ, verum etiam tempus, quo eventura essent*

Gggg

pra-

1. Macchab.
2. 59. 60.
Ananias, &
Azarias, &
Misaël creden-
tes liberati
sunt de flami-
na. Daniel
in sua simili-
citate libera-
tus est de ore
leonus.

i Vide Hieron.
Prefat. in
Dan. & Theo-
doret. Prefat.
Comment. in
Daniel.
k Deut. 22. 1.